

bona sua dare non potuit, cum incorporei non essemus. Hom. 60. ad pop. Antioch.

48. Quo respectu Augustinus quoque Sacramenta appellat verba visibilia, quia in his verbum non tantum auditur, sed quasi pictum videtur.

49. Partes autem istae Sacramentorum συστατικὰ in unum coalescunt, non numero, non naturâ, non arte, non συνάρθρα, non ἕως tantum aliquâ, hoc est, significatione & mutuo relationis respectu: non efficaciam, duntaxat & operatione: non occultâ aliqua aut magicâ verborum Consecrationis vi: non ex dignitate & fide vel ministri, vel accipientis: Sed Unione Sacramentali, quæ in solidum dependet ex voluntate & ordinatione instituentis Dei, apud quem non est impossibile ullum verbum Luc, 1, 37.

Vol. 3.  
Tract. The  
ol. f. 195.  
& 258.  
Epist. 2.  
& 25.

50. Hinc duo inferimus περίσματα: Vnum contra Sacramentarios: Cùm cuilibet Sacramento suum proprium atque peculiare, ex divina institutione additum sit Elementum: quod cum re cœlesti altera, Sacramentali unione iungatur: Blasphemus est Beza, qui à Christi consilio atque voluntate nihil alienum facere affirmat eum, qui vel in administrando baptismo, lacte aut alio quovis liquore: vel qui in ijs regionibus, ubi nullus est vini usus: aut qui natura abstemius fuerit in Cœna Domini participandâ, alio potionis genere utatur. Alte-